vnigenitū dei verbū per qȯ facta ſunt
omnia. filiū dei eſſe. natura hoc eſt de
ſubſtantia patris genitū. nō nature vł
ſubſtantie ſue ſiue eſſentie. dixit eſſe fi
lium. ſed filium voluntatis dei acciden
tem ſcꝫ deo volens aſſerere voluntatem
qua gigneret filiū. videlicet quia nos
aliquid aliquando volumus qȯ antea
non volebamus. quaſi non propter iſta
mutabilis intelligatur noſtra natura.
qȯ abſit vt in deo eſſe credamus. Ne=
qꝫ eñ ob aliud ſcriptum eſt Multe co=
gitationes in corde viri. conſilium aūt
domini manet in eternum. niſi vt intel=
ligamus ſiue credamus. ſicut eternum
deum. ita eternum eius eſſe conſilium.
ac per hoc immutabile ſicut per ſe eſt.
Qꝫ autem de cogitationibus hoc etiā
de voluntatibus veriſſime dici poteſt.
Multe voluntates in corde viri. volun=
tas autē domini manet in eternū. Qui
dam ne filiū conſilij vel voluntatis dei
dicerent vnigenitum verbum. ipſum cō
ſilium ſeu voluntatem patris id eſt ver
bum eſſe dixerunt. Sed melius quan=
tum eſtimo dicitur conſilium de conſi=
lio. et voluntas de voluntate. ſicut ſub
ſtantia de ſubſtantia. ſapientia de ſapi
entia. ne abſurditate illa quā refellimꝰ
filius dicatur patrem facere ſapientē.
vel volentem. ſed nō habet pater ī ſub
ſtantia ſua conſilium vel voluntatem.
Accute ſane quidam reſpondit hereti=
co verſutiſſime interroganti. vtrū deꝰ
filium volens. an nolens genuerit. vt ſi
diceret nolēs. abſurdiſſima dei miſeria
ſequeretur. Si autem volens. cōtinuo
nō qȯ intendebat velut inuicta ratione
concluderet. non nature eſſe filium. ſed
voluntatis. at ille vigilantiſſime viciſ=
ſim queſiuit ab eo. vtrū deus pater vo
lens. an nolēs ſit deus. vt ſi reſpōderet
volēs. ſequeret̃ illa miſeria quā de deo
credere magna inſania eſt Si autem di
ceret nolens reſpōdetur ei. ergo et ip̄e
deꝰ eſt ſua volūtate. nō natura. Quid
ergo reſtabat niſi vt obmuteſceret. et
ſua interrogatione obligatum inſolubi
li vinculo ſe videret? Sed volūtas dei
ſi et proprie dicenda eſt aliqua in tri=
nitate perſona. magis hoc nomen ſpiri=
tui ſancto competit. ſicut caritas Nam
quid ē aliud caritas. q̄ȝ voluntas? Vi=
deo me de ſpiritu ſancto in hoc libro ſe
cundum ſcripturas ſanctas diſputaſſe.
qȯ fidelibus ſufficit ſcientibus deum
eſſe ſpiritum ſanctum. nec alterius ſub
ſtantie. nec minorem q̄ȝ eſt pater et fili
us. qȯ in ſuperioribus libris ſecundum
eaſdem ſcripturas verū etiam docuimꝰ
De creatura etiā quā fecit deus quan=
tum valuimus ammonuimꝰ eos qui ra
tionē de rebꝰ talibꝰ poſcunt. vt inuiſi
bilia eiꝰ ꝑ ea q̄ facta ſunt ſicut poſſent
intellecta conſpicerent. et maxime per
rationalem vel intellectualem creaturā.
que facta eſt ad imaginem dei per quā
velut per ſpeculum quantum poſſent ſi
poſſent trinitatem cernerent deū. in no
ſtra memoria. intelligentia. voluntate.
Que tria ī ſua volūtate naturaliter di=
uinitus iſtituta quiſquis viuaciter per
ſpicit. et q̄ȝ magnum ſit in ea. vnde po
teſt etiam ſempiterna immutabiliqꝫ na=
tura recoli. conſpici. amplecti. concupi
ſci. reminiſcitur per memoriam. intue=
tur per intelligentiaꝫ. amplectitur per
dilectionem. profecto reperit illiꝰ ſum
me trinitatis imaginem. ¶

Capitulum xxi

Ad quam ſummam trinitatem re=
miniſcendam. videndam. diligē
dam. vt eam recordetur. eam
contempletur. ea delectetur. totum de
bet refferre qȯ viuit. Verum ī hāc ima
ginem ab eadem trinitate factaꝫ et ſuo
vitio in deterius commutatam. ita eidē
trinitati vt omnimodo exiſtimet ſimilē
ſed potiꝰ ī qualicūqꝫ iſta ſimilitudine.
magnam quoqꝫ diſſimilitudinē cernat
quantum eſſe ſatis videbatur āmonui.
Sane deum patrem. et deum filium. id
ē deū genitorē qui oīa q̄ ꝯſubſtācialitē